

P V I S



1 6 0 3

Xciii

92

EXEQVIÆ

PARENTATIONE

VERSVVM EPICEDIORVM,

ET EPITAPHIORVM, VIRO

Clariss. atque integerrimo Dn.

Laurentio Circlero

Goldbergensi

Silesio

FACTAE AB

*Amicis, quorum suis singulorum
versibus nomina sunt
adscripta.*

05.



SERVESTÆ

Excudebat Iohannes Schleer

Anno M. D. C.

104

EXEQUIAE
INCLYTO
ET GENEROSO
DOMINO

DN. CAROLO

BARONIA ZEROTIN,
DN. IN NAMEST, ROSSITZ &c.
LITERATORVM MÆCENATI

GREGORIVS
BERSMANVS AN
NAEBERG.

IN SIGNIFICATIONEM STV.
DII SINGVLARIS ET
OBSERVANTIAE,

HAS EXEQVIAS NVNCV.
PAT DICATQ.

101



M E M O R I Æ

V. CLARISS. DN. LAV-
RENTII CIRCLERI, PIETATE
CONSTANTI, DOCTRINAEQVE ET HVMA-
nitatis laude, virtute; atque integri-
tate præstantis.



*E*rgo tot errorum metam, sineq; laboris,
Mors tandē Nemetū fixit in urbe tibi!
Qua cunctis foris atq; domi stat termi-
Ac suprema tibi noxq; diesq; fuit, (nus & vi,
Arce Tribocorum veteri, Circlere, reverso,
Quò Zerotiniaden tunc comitatus eras
Ingenij & morum propter commercia missum;
Quorū hic flos, quondā noster alumnus, erat.
Te Goltberg a satum dedit has in luminis oras,
Pieridum illustri nobilitata domo:
Fridrici hoc qua iactat opus meritumq; secundi,
Qui procerum nulli laude secundus erat.
Quam rexit tenera Antamedon Tiphysq; iuvēt &
Fridlandus, genij cultor & ipse tui:

A 2

Cuius

Cuius tuq³ schola tenuisti frena Magister,
Haudullo studij sedulitate minor:
Donec te virtute sui non degener ortus,
Ac patrium geminans per sua facta decus,
Iussit obire rudis retinacula Georgius & vi,
Qua ludi gereres Gymnasiarcha novi.
Quē patriæ fundarat amans, imitamine Patris,
Qua Briga muros Odera mordet aqua.
Est labor exhaustos isthic memorare labores,
Dum prodesse studes omnibus artis ope,
Et formare bonis incultos moribus annos,
Dum puerorum atas mollis & apta regi est:
Fortunaq³ vices varias, discrimina rerum,
Qua casta gignit religionis amor,
Atq³ tenax recti studium nec fallere gnarum,
Et soli semet velle probare DEO.
Est aliquid procerum obsequio meruisse favore,
Præstat ab aeterno gratiam inire DEO:
Qua tibi non patriæ jucundior extitit ora,
Nec, qua momento vertitur, aura Ducum.
Sectanti Christum quævis est patria tellus,
Mundus ut hic domus est omnibus una pijs.
Cara viris est natalis conjunctio terre,
Dissociata locis corpora mente ligans:
Quam

Quàm natale solum propiore Ecclesia nexu
Consociat iunctos nomine, Christe, tuo.
Per mare, per terras toto qua spargitur orbe,
Noticia ne gens sit rudis ulla DEI.
Cujus ubi verbi sonat illibata loquella,
Hic cætus partem dixeris esse sacri.
Quem Deus, ut plantet celos, non robore ferri,
Non arcu incolumem militis, atq; manu,
Non vallo & muro septum (mirabile dictu)
Ipse manûs umbrâ protegit ecce sua,
Horribiles inter Satana mundiq; furores,
Atq; tyrannorum fulmina, vincla, cruces.
Adde his dissidia, & rixas, rabiemq; docentium,
Qui celo miscent ambitione fretum.
Huius consorti cætus, Christumq; professo
Verum hominem, verum de genitore Deum,
Iactato varijs tibi sors adversa procellis,
Non urbis certa, non dedit usq; foci,
Non stabilis stabuli, Laurenti, præbuit usum,
Aut ius perpetui mancupiumq; laris.
Dum modo Czechi adu, modo te, Fratrum hospita,
Marcomana fovet, mox alia atq; alia (tellus
Excipit hospitio Phœnicem terra Baronum,
Queis opera navas consilijq; fidem.

A 3

Quorum

Quorum te comitem quoq³, Religionis asyllum,
 Aonidumq³, ades, nostra Sarepta capit:
 Luce Melanthonia postquam Galatea repulsa,
 Heu scelus! Irenes cœpit amare chaos,
 Nestorij revocans deliria & Eutychnis Orco,
 Cum sui inoblito nominis opprobrio.
 Singula quid referam? te V Valdenstena iuvēta
 Doctorem laudat stirps generosa sua:
 Te Baro te iactat Michael Slavata magistrū,
 Leucorea Rector nobilis ille scholæ.
 (Vt tacitum nostræ te, Vuenceslae, relinquam
 Zastriselle scholæ gymnasijq³ decus)
 Te Moravorum fama & spes altera gentis,
 Ac Zerotiniacæ gloria summa domus
 Carolus, Hesperia populis, Gallisq³, Britannisq³,
 Ac Phœbi gemino notus in orbe mari,
 (Palladis exemplo, dum Musis atq³ Gradiuo,
 Inclyta militiæ pars utriusq³, meret)
 Morum, quos doctor fecisti, præmia solvens
 Hospitio emeritum fovit & ære senem.
 Orarum pietatis opus, dignumq³ perenni
 Laude, Maroneæ carminibusq³ tubæ!
 Talis in Aemonium quondam laudata magi-
 Aeacida pietas sedulitasq³ fuit, (strum
 Quali

Quali in te Princeps & Dux utriusq; celebris
Nomine avi, columnen Slesiadumq; soli,
Annorum saturæ præbens alimenta senectæ,
Adsciscens aula te comitemq; sua.
Quem nunc ærumnis ereptum & casibus avi,
Aethereis melior sedibus aula tenet;
Inter celicolum turmas, cætusq; piorum,
Aetatis tredecim jam prope lustra tua.
Quæ sine labe tibi transacta est celibe vita,
Vix hac vix celo dignior ulla foret;
Invicto illecebris cæcoq; libidinis astu
Pectore, vivifica non sine mentis ope;
Ac simul indocta fraudum probitate, doliq;
Ignara & fuci simplicitate mali,
Et noctes tribuente precii pietate diesq;
Hymnisq; & Psalmis conceleberrante Deum.
Mutum Spira tenet corpus, sed funeris expers
Nomen habet meriti conscia fama tui;
Narratura decus laudum immortalæ tuarum,
Dum patriæ Viadrus dividet amne solum.

Gregorius Bersmanus.

A 4

PIIS

PIIS MANIBVS VIRI

integerrimi Laurentij Circleri, qui respon-
det amico defunctus.



*Ejus sacer à Lauri fecit te nomine cla-
rum;*

*Cognomen CIRCLI cui superaddit
ëjus.*

*Circulus est mundi formator, & indidit orbi
Nomen; utrum mundi te bone traxit amor?
Non mundi immundi, sed amœni circus olympi;
Spirituum ille sacer circulus atq; chorus.
Tot mores hominum, tot contemplatus & urbes,
Cœlestis patriæ semper amator eram.
Hac potior tandem post tot discrimina rerum,
Vulnera iam Christi sunt mihi grata quies.
Quisquis es, impurus caueas ut te inquinet orbis:
Vive Deo, Christi vulnera mente cole.
In mundo si s hospes ama, quæ tramite recto
Servorum Christi circus amare docet.
In circum fidei rationis ducito gyros;
Carnem ne sequitor, nî præeunte fide.
Maclati in Christi spem vulnera pone, fidemq;
Curriculum vitæ dirigat ipse tibi.*

Huic

*Huic vixi, huic moriens anima spiracula remisi :
Factus is est capiti viua corona meo.
In Christi meritis circus cui clauditur aui,
AEtheris ex lauro huic certa corona viret.*

*M. VVolfgangus Amlingus,
Ecclesiae Anhaltinae mi-
nister.*

EPITAPHIUM
EIVSDEM.

E Soraborum est olim dignata Sarepta,
Circlere, hospitio non inimica suo,
Corpore, non animo te quando errare videbam.
Crypta autem Nemetum nunc habet exuvias,
Spiritus à Christo ut susceptus in aetheris almā,
Regia quæ Iovæ est cœlicolumq; domum.
Candori & fidei tribuit Serbesta, benigne
Fecerunt cives quod tibi cunq; tua.
Naturæ urbs Nemetum, tandē ut concedere fato
Te voluit Dominus, reddidit obsequium.
Sanguinis ast Christi est meritum, quod sede rece-
Cœli, inibi exultim, quò properamus, ovas (ptus

M. Casp. Vlr.

LAV

LAVRENTII CIRCLERI

VIRI PIENTISSIMI, AC INTEGERRI-

mi manes alloquitur Iohannes Theopoldus,

eiusque sepulcrum inscribit

Epitaphio.



Andem, care senex, quæ demetit omne
quod usquam est,

Te quoque, falciferâ mors tulit atra
manu.

Nam fert fama, caput furvis incincta tenebris,

Te extremum fati sustinuisse diem,

Quæ Nemetum urbs antiqua Patrum summiq;

Consilio imperij nobilitata jacet: (senatus

Nec fore, donec opus triplex hoc ardeat orbis,

Vt liceat vultus ora videre tui.

Quanquam ergo in serâ rapiat te Parca senectâ,

Et saturum vitæ recreet alma quies:

Attamen haud par est, ut nostræ ab honore Ca-

Prorsus inornatû terra aliena tegat: (mœna

Sed te digna tuis insculpere carmina bustis

Me decet, ergo tibi perbreue carmen habe:


Si fas quem veteres inter numerare Magistros,

Quales Athenæ quondâ habuere & Ausones:

Si quis

*Si quis apud magnos pollens gravitate Dynastas,
Consilio & arte res adauxit publicas:
Si niue candidiora gerens quis pectora, fuco
Nil illitis est proloqui solitus labris:
Si quis amans justis, si servantissimus equi,
Vitamq; caste si quis egit calibem:
Si vitam frugi duxit, miseratus egenos
Sine crimine exul atq; juvit exules:
Si quis amans Christi, si religionis amore
Sinceriorisustus est, precibus vacans:
Si quis contemptor terra supera alta gemiscat,
CIRCLERVS hic si non fuerit, ego mentiat.*

ALI V D.

 *luis eras celi, terris Circlere relictis
Quod repetis, patria raptus amore tua.
Sera quidem, sed grata quies nunc par-
Est vita saturo perpetuaq; via. (ta laborum
Te genuit Goldberg a, tot hinc quem Spira sepul-
Ab diuisa jugis fluminibusq; tegit. (tum
Doctrina meritum, pietatis fama, decusq;
Virgineum, in cineres nomen abire vetant.
Viuet honos nomenq; tuum, dum sidera celum,
Innuba bacciferas laurus habebit opes.*

*Gregorius Petrus Berlmanus ingenij & studi-
orum suorum fautori praecipuo mcerens F,*

Si quis ad magnos honores et dignitates
 conuersus est, ante res alienas pulchras
 si nunc candidiora gerens quis pectora tuas
 Utiliter est proposuit, olem labor
 Si quis ad magnos honores et dignitates
 Nunc ad caelum si transit, caelum
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit

Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit
 Si vitam suam dicit, postquam exierit





1600



Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





B.I.G.

Farbkarte #13

Xciii.

92

EXEQVIÆ
 PARENTATIONE
 ERSVVM EPICEDIORVM,
 T EPITAPHIORVM, VIRO
 Clariss. atque integerrimo Dn.
 Laurentio Circlero
 Goldbergensi
 Silesio
 FACTAE AB
*amicis, quorum suis singulorum
 versibus nomina sunt
 adscripta.*



SERVESTÆ
 Excudebat Iohannes Schleer
 Anno M. D. C.

104

05.

